

043

041

047

28

qua omnibus preecepit, ne quis eo inferior me praesumeret  
impedire in hac peregrinatione.

037

Hac litera habita accessi (B) cum ea ad nostrae provinciae reverendum Patrem Provincialem, et ad venerabilem Sacrae theologiae magistrum, Ludwicum Fuchs, Priorem Ulmensum, eisque licentiam Domini papae et magistri Ordinis ostendi, petens, ut et ipsi benevolum consensum preeberent. Qui mea intensa voluntate considerata non tantum consensum preebuerunt, sed et adjutoria et promotiones addiderunt; et ita factum est, quod in paucis diebus in omnibus, quae mihi erant necessaria pro tanto itinere fui optime provisus, et iam ad discessum paratus.

052

032

092

142

Quod ut audivit vir nobilis et miles strenuus, Dominus Hypolitus vel Apollinaris, vel Pupillus de Lapide, pro tunc Praefectus superioris Bavariae, in Gundelfingen oppido residens, accersiri me fecit, et filium suum, Domicellum Georium de Lapide, quem Hierosolymam pro adipiscenda militia mittere decreverat, mihi commendavit, promittens refusionem et contributionem in expensis, et recognitionem in futuris beneficiis, si in comitem itineris mei filium ejus recipere non recusarem.

Libens autem consensi viro illi et Domicello Georio diem statui certum, quo ipse me in oppido Memmingen inveniret, et in loco illo et die statuto vellemus profectionem inchoare. Iстis sic compositis Ulmam redii.

Ende

## COMPENDIOSA DESCRIPTIO

primae evagationis in terram sanctam.

F. F. F.

Anfang

SOLEMNITATE PASCHALI Aº DOMINI MCCCCLXXX,  
die IX. mensis aprilis, quae fuit dominica in octavis Paschae,  
qua cantatur: Quasi modo etc., in qua etiam celebratur  
ecclesiae fratrum praedicatorum in Ulma annua dedicatio, die  
eodem post prandium ex more ambonem ascendi, et populo,  
qui tam propter sermonem, quam propter indulgentias, in magna  
multitudine aderat, praedicavi. Finito sermone ante generalem  
confessionem solitam fieri a populo peregrinationem meam iam

